

des octo, alta pedes sex, Quā Paconius gloria fretus non uti Methagenes apportauit, sed eadē rōne alio genere cōstituit machinā facere, Rotas. n. arater pedum quindecim fecit, & his rotis capita lapidis inclussit, deinde circa lapidē fufos sextantales ab rota ad rotam ad circinum cōpegit, ita uti fufus à fuso nō distaret pedem unū. Deinde circa fufos finē inuoluit, & bubus iunctis finem ducebat, ita cū explicaretur uoluebat rotas, sed nō poterat ad lineā uia recta ducere, sed exibat in unā uel alteram partē. Ita necesse erat rursus retroducere, Sic Paconius ducēdo & re, ducēdo pecuniā contriuit, ut ad soluendū nō esset.

Dei uentione lapicidina qua templū Dianæ ephesiae constructum est. Caput. VII.

Pixodarus extra progrediar, & de his lapicidinis quemadmodū sint inuenta exponā, Pixodarus fuerat pastor. Is in his locis uersabatur, Cum autē ciues ephesiorū cogitaret fanū Dianæ ex marmore facere, decernerentq; à paro, proconesso, eraclea, thaso, uti marmore, per id tēpus propulsis ouibus Pixodarus in eodem loco pecus pascebat, ibiq; duo arietes inter se cōcurrentes alius alium preterierunt, & impetu facto unus cornu percussit saxum, ex quo crustā quæ candidissimo colore fuerat deiecit, Ita pixodarus dicitur oues in montibus reliquisse, & crustā cursim ephesum, cū maxime de ea re ageretur, detulisse, Ita statim honores ei decreuerunt, & nomē mutauerūt, ut pro Pixodaro, Euāgelus nominaretur, hodieq; quot mensibus magistratus in eum locum proficiscatur, & ei sacrificium faciat, & si non fecerit pœna tenetur.